

morte fligunt. Et quis de illis sit facie dicitur: quocirca spiritu dei agunt: hi filij sunt dei. sic tamen spiritu dei excitatur: et tanquam filij dei perficiunt ad deum: ut etiam spiritu suo maxime aggrauate corruptibili corpore tanquam filij hominum in quibusdam moribus humanis deficiant ad seipos: et ideo peccent. Interest quidem quantum satis dicitur. Neque enim quod peccatum est omne crimen. ideo crimine est etiam omne peccatum. Itaque sanctorum hominum vitam quod diu in hac morte uiuunt inueniri posse dicimus sine crimine. peccatum autem si dixerim? quod non habent? ut ait sanctus apostolus: nos ipsos se ducimus? et ueritas in nobis non est.

¶ **Q**uia intra ecclesiam catholicam quilibet criminosis non denegat penitentiae locus: et quod litera debeat agi ipsa penitentia.

Capitulum. LXIII.

**E**d neque de ip

**I**stis criminibus quilibet magnis remittendis in sancta ecclesia: dei desperanda est misericordia: agentibus penitentiam secundum modum sui cuiusque peccati. In actione autem penitentiae ubi tale crimine commissum est: ut is qui commisit a christi etiam corpore separet: non tam consideranda est mensura temporis quam doloris. **L**oqui enim stritibus et humiliati deus non spernit. **U**erum quod plerumque dolo alterius cordis occultus est alteri: neque in aliorum noticia per uerba vel quocumque alia signa procedit: cum sit coram illo cui dicitur. gemitus meus a te non est absconditus. recte constituntur ab his qui ecclesiis presunt tempora penitentiae: ut fiat etiam satis ecclesiae in qua remittuntur ipsa peccata. **E**xtra eam quippe non remittuntur. Ipsa namque proprie spiritus sancti pignus accepit: sine quo non remittuntur uilla peccata: ita ut quibus dimittuntur consequantur uitam eternam.

¶ **Q**uia remissio peccatorum ad futurum iudicium pertinet: cum in hac uita etiam paruuli baptizati diuerso modo crucientur: quorum uita uero pene in posterum referunt.

Capitulum. LXV.

**M**agis enim pro

pter futurum iudicium fit remissio peccatorum. In hac au

tem uita usque ad deo ualeat: quod scriptum est: graue iugum super filios adam a die exitus de ventre matris eorum: usque in die sepulchri mei inter omnium: ut etiam paruulos uideamus post lauacrum regenerationis diuersorum malorum afflictione cruciari: ut intelligamus totum quod salutaribus agit sacramentis: magis ad spem futurorum bonorum quam ad retentionem uel ademptionem presentium pertinere. **M**ulta etiam mala hic uidentur ignosci et nullis supplicijs uindictari: sed eorum pene reseruantur in posterum. **N**eque enim frustra ille proprie dicitur dies iudicii quoniam uenturus est iudex uiuorum atque mortuorum. **S**i cur e contrario uindictatur hic aliquid: et tamen si remittantur profecto in futuro seculo non nocebunt. **P**ropterea de quibusdam temporalibus penis: que in hac uita peccantibus irrogantur eis: quorum peccata delentur reseruantur in fine: ait apostolus. **S**i enim nosmetipsos iudicemus: a domino non iudicemur. **C**um iudicamur autem a domino corripimur: ne cum hoc mundo danemur.

¶ **D**e his qui intra ecclesiam catholicam scelera uisissime uiuunt: et nullo modo penitentiam agunt: ac sibi saluationem pignorem promittunt.

Capitulum. LXVI.

**R**eduntur au

**C**um a quibusdam etiam hi qui non men christi non relinquunt: et eius lauacro in ecclesia baptizantur: nec ab ea uillo scismate uel heresi precipiuntur: in quibuslibet sceleribus uiuant: que nec diluant penitentia: nec elemosinis redimantur: sed in eis usque ad huius uite ultimum diem principissime perseverent: salui futuri per ignem licet per magnitudine facinorosum flagitiorumque diuturno non tamen eterno igne puniri. **S**ed quod hoc credunt: et tamen catholici sunt: humana quadam benignolentia mihi falli uidentur. **N**am scriptura diuina aliud consilia responderet. **L**ibri autem de hac questione scripsi: cuius titulus est de fide et operibus. **U**bi in scripturas sanctas quantum deo adiuvante: potui demonstrari eam fide saluos facere. quia satis euidenter expressit paulus apostolus dicens. **I**n christo enim iesu neque circumcisio quicquam ualeat neque preputium: sed fides que per di-

*De opibus*